00055139
O.S
582.13
L'He/Ser
55139

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

CAR. LUD. L'HÉRITIER, Dom. DE BRUTELLE,
in Aulâ Juvam. Par. Reg. Consil.

SERTUM ANGLICUM,

SEU

PLANTÆ RARIORES

QUÆ IN HORTIS JUXTA LONDINUM,

IMPRIMIS

55139

IN HORTO REGIO KEWENSI

EXCOLUNTUR,

Ab anno 1786 ad annum 1787 observatæ.

LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF THE ROYAL ASIATIC SOCIETY

PARISIIS,

TYPIS PETRI-FRANCISCI DIDOT.

Prostat
PARISIIS, apud LUD. NIC. PRÉVOST. / THEOPHIL. BARROIS.
LONDINI, apud PETR. ELMSLY.
VIENNÆ et LIPSIÆ, apud RUD. GRÆFFER.
ARGENTORATI, apud AMAND. KOENIG.

1788.

O
V582.13
L'Hc/Ser
55139

00055139

LECTORI BOTANICO S.

Deduxit me in Angliam et hortorum celebritas, et inprimis absolutissimum illud Linnæi herbarium vivum, quod in immortalem summi Viri famam, perpetuamque artis botanicæ disciplinam consitum est.

Indefesso quindecim mensium labore, plantas delineandas curavi in suo genere pretiosissimas, non sine magnâ hortorum admiratione, qui et affluenti plantarum copiâ et industriâ colendi, famâ gaudent non immeritâ.

In præsenti fasciculo colliguntur plantæ selectæ et rariores; uberrimam profecto segetem, quæ peregrinationis curas tanto cum fœnore compensavit! Alias in alia opera remitto, in quibus unaquæque propriis lineamentis, cum plantis congeneribus adumbrabitur.

Genti autem Anglicæ hoc plantarum suarum Sertilegium speciatim offero et dedico. In illos enim laus debet redundare e quibus profecta est. Suadet etiam gratissima animi recordatio quæ semper infra beneficium erit. Juvat enim prædicare, et meminisse amo, quam omnes me comiter exceperint; quam viri doctissimi in explicandâ divitiarum ubertate, se præbuerint faciles et commodos; quam studiosi præsertim homines artis botanicæ officiosam mihi operam navaverint.

Accipiant igitur Angli Botanici, iique soli, nova quæ in hoc opusculo descripsi genera, non ingratum, ut spero, nec ignotum munusculum. Velint meo labori arridere; mihique liceat, ut hoc opus illorum nomine insignitum et vere splendidum, testetur gratum animum æternumque memorem. Dabam Parisiis 20ª Aprilis 1788.

O vale of bliss ! O softly-swelling hills !
On which the *Power of Cultivation* lies ,
And joys to see the wonders of his toil.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Happy BRITANNIA ! where the QUEEN OF ARTS ,
Inspiring vigour , LIBERTY abroad
Walks , unconfin'd , even to thy farthest cotes ,
And scatters plenty with unsparing hand.

THOMS. seas.

SYN

SYNOPSIS OPERIS.

TETRANDRIA.

WITHERINGIA.

CALYX quadridentatus. *Corolla* campanulata. *Nectarium* quadrilobum, corollæ adnatum, polymorphum. *Stamina* corollæ inserta. *Antheræ* lateribus dehiscentes. *Germen* superum. *Bacca* polysperma.

WITHERINGIA *solanacea.* Tab. 1.

HABITAT in . . . . . . ♃

CHLORANTHUS.

PERIANTHIUM duplex. *Exterius:* mera Bractea. *Proprium:* Squamula semisupera, lateri germinis adnata. *Corolla* semisupera, lateralis, dimidiata, trifida, lateri germinis insidens. *Filamenta* nulla. *Antheræ* corollæ adnatæ. *Germen* semiinferum, petaligerum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum. *B*[illegible] 1-sperma.

CHLORANTHUS *inconspicuus.* Tab. 2.

Tchu-lan *Chinensibus vulgo.*

HABITAT in Chinâ. ♄

PENTANDRIA.

PRISMATOCARPUS.

SPECULARIA. *Heister.* LEGOUSIA. *Durande.*

CALYX, *Corolla*, *Stamina* ut in Campanulâ. *Germen* inferum, longissimum, polygono-cylindricum. *Stigma* bi-trifidum. *Capsula* prismatico-cylindrica, longissima, bi-trilocularis, polysperma, foraminibus superis emittens *Semina Columellæ* affixa.

Prismatocarpi *genus habitu specierum quamvis placeat, tamen genuinis characteribus* Campanulæ *nimium proximis, forsitan retinendum non erit. Hanc meam sententiam, dum icon* P. nitidi *in lucem prodiet, confirmare novis observatis aut infirmare animus est.*

Eximii quidam Botanici *Prismatocarpum* a *Campanulâ* genere distinguendum esse jam existimavere. Haller (*hist.* 1. 311.) de *Campanulâ Speculo* agens, his verbis utitur: *vere aliud a Campanulâ genus.* Scopoli (*carn.* 1. 150.) de eâdem plantâ dicit: *flore quasi pentapetalo, rotato, expanso et omnino degenere.*

PENTANDRIA.

1. PRISMATOCARPUS *interruptus.*
P. foliis subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interrupte-aphyllis.
HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Thunberg. Oldenburg.*

2. PRISMATOCARPUS *paniculatus.*
P. foliis subulatis subciliatis, paniculis longius pedunculatis.
Polemonium *roëlloides* erectum, caule filiformi, foliis lanceolatis ciliatis paniculâ pauciflorâ pedunculatâ nudâ. *Linn. suppl.* 139?
HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Andreas Augé.*
Calyces lineares, acutissimi.
Polemonium roëlloides *L. germine infero columnari genus* Prismatocarpi *cert agnoscit, sed omisi dum in Angliâ degebam, cum speciebus novi generis conferre.*

3. PRISMATOCARPUS *altiflorus.*
P. foliis subulatis subciliatis confertissimis, pedunculo longissimo aphyllo germinibus tomentosis.
HABITAT ad Caput bonæ spei. *Fr. Masson.*
P. interruptus, paniculatus *et* altiflorus *similes foliis et habitu* Lepidii subulati *Margines foliorum rigidiusculis aculeis muricato-ciliati.*

4. PRISMATOCARPUS *fruticosus.*
P. foliis lineari-subulatis muticis, paniculis terminalibus pedunculatis, caule fruticoso.
Campanula *fruticosa* capsulis quinquelocularibus columnaribus, caule fruticoso foliis lineari-subulatis, pedunculis longissimis. *Linn. spec.* 238.
HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

5. PRISMATOCARPUS *crispus.*
P. foliis linearibus undulatis, caule florifero laxe ramoso, germinibus longissimis.
HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Augé. Masson.*
Calyces *subulati.* Folia *margine revoluta, uti caulis villosa. Facies absolute* Campanulæ undulatæ, *quæ solo germine, ut in aliis* Campanulis, *turbinato brevi distinctissima.*

6. PRISMATOCARPUS *nitidus.* Tab. 3.
P. foliis lanceolatis glaberrimis, floribus terminalibus sessilibus, corollis calyce duplo longioribus.
HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.*
Facies fere Jussievæ.
Differt a congeneribus quæ flore sunt sessili caulibus basi fruticulosis.

7. PRISMATOCARPUS *Speculum.*

P. foliis ovatis, floribus subaxillaribus sessilibus, calycibus corollâ duplo longioribus, caulibus diffusis ramosissimis.

Campanula *Speculum* caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis floribus solitariis, capsulis prismaticis. *Linn. ups.* 41.

Onobrychis altera Belgarum et Dodonæi. *Lob. ic.* 418.

Onobrychis prima Dodonæi. *Dalech. hist.* 1. 490.

Viola arvensis. *Tab. ic.* 304.

Pentagonion, viola pentagonia. *Tab. ic.* 316. (optima.)

Campanula arvensis minima. *Dod. pempt.* 168. *Mor. hist.* 2. *sect.* 5. 457. *t.* 2. *f.* 21.

Onobrychis arvensis, vel campanula arvensis erecta. *Bauh. pin.* 215.

Avicularia Sylvii quibusdam. *Bauh. hist.* 2. 800.

Speculum Veneris majus. *Park. theat.* 1331.

Legousia arvensis. *Dur. burg.* 37.

Habitat in Europæ *mediæ et australis segetibus.* ☉

Calyces *omnium longiores. nunc lanceolati in junioribus, nunc lineares in senioribus plantis.*

8. PRISMATOCARPUS *hybridus.*

P. foliis oblongis, floribus terminalibus approximatis sessilibus, corollis subclandestinis, caulibus erectis.

Campanula *hybrida* caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. spec.* 239.

Speculum Veneris minus. *Germ. em.* 439. 2. *Park. theat.* 1331.

Campanula arvensis minima erecta. *Mor. hist.* 2. *sect.* 5. 457. *t.* 2. *f.* 22.

Habitat in Helvetiâ, Angliâ, Galliâ, Carnioliâ *inter segetes.* ☉

9. PRISMATOCARPUS *Pentagonia.*

P. foliis obovatis, rameis lanceolatis, calycibus pilosis corollâ brevioribus.

Campanula *Pentagonia* caule subdiviso ramosissimo, foliis linearibus acuminatis. *Linn. cliff.* 66.

Campanula pentagonia, flore amplissimo, thracica. *Tourn. inst.* 112.

Habitat in Thraciâ. ☉

Planta *pedalis, ramosa, pubescens.* Folia *inferiora* Bellidis, *petiolata, subintegra s. vix obsolete crenulata:* caulina *subsessilia, obverse oblonga, subintegra:* ramea *sessilia, oblonga s. lanceolata, obtusa.* Flores *majusculi.* Germina *corollis longiora.* Calyces *lineares, acuti, pilosiusculi, patentes nec revoluti ut in* P. Speculo.

LIGHTFOOTIA.

Calyx *semisuperus*, *pentaphyllus*. Corolla *pentapetala*. Valvulæ *staminiferæ ut in* Campanulâ. Germen *inferum simul et superum*. Stigma *tri-quinquefidum*. Capsula *tri-quinquelocularis*, *totvalvis*. Semina *plurima*.

A Campanulâ *differt corollâ pentapetalâ*, *nec non capsulâ multivalvi.*

1. LIGHTFOOTIA *oxycoccoides*. Tab. 4.

L. foliis petalisque lanceolatis.

Lobelia *tenella* caulibus prostratis filiformibus fruticulosis, foliis ovato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Linn. mant.* 120. 518.

Campanula *tenella* caulibus diffusis filiformibus, foliis ovatis subunidentatis reflexis, floribus solitariis terminalibus. *Linn. suppl.* 141.

Lobelia parviflora. *Berg. cap.* 354.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♃

2. LIGHTFOOTIA *subulata*. Tab. 5.

L. foliis subulatis, petalis linearibus.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.*

ROËLLA

ROËLLA *decurrens*. Tab. 6.

R. herbacea, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus.

Habitat ad Caput bonæ spei. *Masson.* ☉

HAMELIA.

1. HAMELIA *patens. L.*

H. foliis subtus tomentosis, tubo corollæ cylindrico.

H. *patens* racemis patentibus. *Jacq. amer.* 72. *t.* 50. *Linn. spec.* 246.

H. *erecta* racemis erectis. *Jacq. amer.* 71?

Habitat in Hispaniolâ. ♄

2. HAMELIA *grandiflora*. Tab. 7.

H. foliis lævigatis, tubo corollæ ventricoso.

Nerio affinis arbor, versicolorâ materie, lauri folio lucido, flore pentapetaloide sulphureo amplo. *Sloan. hist.* 2. 63. *t.* 183. *f.* 2.

Habitat in Jamaicâ. ♄

PENTANDRIA.

RHAMNUS.

CALYX campanulatus, quinquefidus. *Petala* squamiformia, sæpe nulla. *Stamina* petalis cucullata. *Germen* subimmersum. *Stylus* et *Fructus* varii in diversi.

* *Squamulas* linnæanas *Rhamni* petala affirmat analogia. Ita colligendum est ex *Ceanotho*, necnon e *R. Zizipho* et *Paliuro.*

1. RHAMNUS *hybridus.*

R. inermis, floribus androgynis, foliis oblongis acuminatis serratis vix perennantibus.

HABITAT in Hortis. ♄

Hanc plantam ultra decennium obtinui e seminibus *R. alpini.* Matrem absolute feminam separatamque a maribus quotannis observavi. *R. Alaternus* certe pater fuit. Semina in nonnullis Galliæ provinciis copiose sata plantam hybridam nec ludentem constanter reddidere.

A Parente utroque tenet. Herba matris. Folia inter R. alpinum *et* Alaternum *media, substantiâ* R. Alaterni *proxima, et fere perennantia. Flores androgyni patris, nec dioici ut in matre.*

2. RHAMNUS *alnifolius.*

R. inermis, floribus hermaphroditis, foliis ovalibus acuminatis serratis subtus reticulatis.

HABITAT in Americâ *septentrionali.* ♄

R. alpini *facie sat proximus: sed folia laxius nervosa, magis reticulata, tantummodo glabra nec lucida ut in* R. alpino.

3. RHAMNUS *volubilis. L.*

R. inermis, caule volubili, foliis integerrimis ovatis striatis. *Linn. suppl.* 152.

Arbor cheusanensis baccifera, Frangulæ foliis venosa, fructu parvo pyramidali calyculato, ossiculo oblongo binucleo. *Plukn. amalth.* 25. *t.* 368. *f.* 3.

Carpini angustioribus eleganter venosis foliis, planta convolvulacea ex provinciâ Caroliniensi. *Plukn. amalth.* 52. *t.* 435. *f.* 3.

Frutex anonymus foliis dilute virentibus alternis petiolatis lanceolato-oblongis. *Clayt. virg.* 2. 33.

R. scandens. *Hill. kew.* 453. *t.* 20.

HABITAT in Carolinâ. *Garden.* Lodoisiâ. ♄

R. volubilis *et* lineatus *admodum affines. Utrisque flores squamis petaloideis* Rhamni, *drupæ dispermæ nucleis bilocularibus* Corni.

4. RHAMNUS *latifolius.* Tab. 8.

R. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, calycibus villosis, foliis

ellipticis integerrimis.

HABITAT in montibus S[t]. Miguel *ex* Azoribus. *Masson.* ♄

R. Frangulæ *simillimus, sed major: calyces villosi, in* R. Frangulâ *glabri: squamulæ petaloideæ sessiles, in* R. Frangulâ *subunguiculatæ.*

5. RHAMNUS *prinoides.* Tab. 9.

R. inermis, floribus polygamis, stylo subtriplici, foliis ovatis serratis.

Celtis foliis subrotundis dentatis, flore viridi, fructu luteo. *Burm. afr.* 242. *t.* 18.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Augé. Masson.* ♄

6. RHAMNUS *micranthus L.* erit Celtis micrantha in florâ peruanâ.

CEANOTHUS.

CEANOTHUS *reclinatus.*

C. foliis ovatis integris multinervibus, ramis dependentibus.

Rhamnus arborescens minor, foliis ovatis venosis, pedunculis umbellatis alaribus, fructibus sphæricis. *Brown. jam.* 172. *t.* 29. *f.* 2.

HABITAT in Jamaicâ. *Guillelmus Wright.* ♄

Fructu exsucco absolute Ceanothi, *petalisque fornicatis brevioribus tamen quam in* C. americano, *potius retuli ad* Ceanothum *quam ad* Rhamnum: *sed et totum* Ceanothi *genus rectius ad* Rhamnum *retrahendum erit.*

CELASTRUS.

1. CELASTRUS *corniculatus.*

C. foliis ovalibus integerrimis perennantibus, capsulâ tricorni.

Evonymus africanus, foliis laurinis, fructu aculeato. *Breyn. ic. tab.* 22. *f.* 3.

Evonymus foliis subrotundis integris, fructu corniculato. *Burm. afr. t.* 97. *f.* 1.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. ♄

Facies Eucleæ.

2. CELASTRUS *cassinoides.* Tab. 10.

C. inermis, foliis ovatis utrinque acutis laxe dentatis perennantibus, floribus axillaribus.

HABITAT in Maderâ, Nivariâ. *Masson.* ♄

3. CELASTRUS *phyllacanthus.*

C. spinis foliosis, foliis lanceolatis serratis perennantibus, floribus lateralibus.

Habitat in Senegâ. *Adanson.* ♄

In horto parisiensi floret, sed nondum fructus dedit.

4. CELASTRUS *octogonus.*

C. inermis, foliis ellipticis angulatis subenervibus perennantibus, capsulis bivalvibus monospermis.

Habitat in Peruâ. *Dombey.* ♄

Folia *glauca.* Flores *forte polygami, hermaphroditis aut femineis rarissimis.* Semen *arillatum, bisulcum. Dantur et aliæ species Peruanæ et Cilenses quæ similiter gaudent capsulâ tantum bivalvi.*

5. CELASTRUS *undulatus.*

C. inermis, foliis suboppositis lanceolatis undulatis, capsulis bivalvibus polyspermis.

Bois de joli cœur *Gallis vulgo.*

Habitat in Borboniâ. *Phil. Commerson.* ♄

Folia *lanceolata, acuminata, subuninervia, undulata, margine exalbido revoluto.* Petala *spathulata.* Stigma *obsolete capitatum.* Capsula *unilocularis, bivalvis, polysperma.* Semina 8–12, *nuda nec arillata.*

Planta antisiphylitica. *Commerson.*

Pericarpio et seminibus paululum recedit a *Celastro*, nec satis ut novum constituat genus.

Vigebat olim in horto parisiensi, nunc in horto *Jacobi* Lee, hortulani angli.

HEXANDRIA.

PITCAIRNIA.

Calyx tripartitus, subinferus. *Petala* 3, linearia, convoluta. *Squama* nectarifera ad basim petali. *Filamenta* receptaculo inserta. *Germen* semisuperum, trigonum. *Stylus* trisulcus. *Stigma* trifidum, spirale. *Capsula* semiinfera, trigona, tricocca, introrsum trifariam dehiscens. *Semina* numerosissima, utrinque membranaceo-appendiculata, receptaculo affixa.

PITCAIRNIA *bromeliæfolia.* Tab. 11.

Habitat in Jamaicâ. ♃

Genus Bromeliæ *et* Tillandsiæ *medium.*

HEXANDRIA.

TRADESCANTIA.

TRADESCANTIA *discolor.* Tab. 12.

T. spathâ triphyllâ compressâ, floribus subexsertis, foliis lanceolatis subtus violaceis.

HABITAT in Americâ *calidâ.* ♃

CRINUM.

COROLLA supera, infundibuliformis, semisexfida. *Tubus* cylindricus. *Limbus* rotatus, æqualis, sexpartitus: *laciniis* linearibus. *Filamenta* fauci inserta, laciniis opposita. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* subtrifidum. *Capsula* trilocularis, trivalvis, polysperma.

Character sistit in tubo cylindrico, limboque æquali. Defectu nectarii tantummodo differt a Pancratio.

1. CRINUM *asiaticum. L.*

C. radice bulbosâ, foliis carinatis.

C. foliis carinatis. *Linn. zeyl.* 127. *Mill. ic.* 73. *t.* 110.

Lilium zeylanicum umbelliferum et bulbiferum. *Herm. lugd.b.* 682. *t.* 683.

Belutta-pola-taly. *Rheed. mal.* 11. 75. *t.* 38.

Radix toxicaria. *Rhumph.* 6. 155. *t.* 69. (forte potius synonymon sequentis.)

HABITAT in Malabariâ, Zeylonâ, Tranquebariâ, Americâ *calidâ.* ♃

Stamina *vix declinata.*

2. CRINUM *americanum. L.*

C. radice fasciculari.

C. corollarum apicibus introrsum unguiculatis. *Linn. spec.* 419.

Lilio-asphodelus americanus sempervirens maximus polyanthos albus. *Comm. rar.* 14. *t.* 14. *Dill. elth.* 1. 194. *t.* 161.

Lilio-asphodelus americanus sempervirens minor albus. *Comm. rar.* 15. *t.* 15.

HABITAT in Americâ *calidâ.*

3. CRINUM *nervosum.*

C. foliis subrotundis nervosis, filamentis basi dilatatis

Cæpa sylvestris. *Rhumph. amb.* 6. 160. *t.* 70. *f.* 1.

HABITAT in Philippinis. *Poivre.*

Folia *cordato-rotundata, integra, acuminata, nervosa: nervis concentricis.* Scapus

multiflorus polyphyllus. Flores *longius pedunculati.* Corollæ *infundibuliformes : tubo filiformi ; limbo sexpartito ; laciniis lanceolatis , acutis , patentibus.* Filamenta *fauci inserta , laciniis opposita brevioraque , basi ampliata lata , libera , recta nec declinata mihi visa.*

Crinum latifolium *L.*	*est*	Amaryllis latifolia.
——— zeylanicum *L.*		——— zeylanica.
——— africanum *L.*		Agapanthus umbellatus.
——— tenellum *L.*		Leucoium *ex sententiâ Linnæi 2i et Solandri , vel forte novum genus.*
——— obliquum *L.*		Amaryllis umbrella.
——— speciosum *L.*		——— speciosa.
——— lineare *L.*		*mihi ignotum.*
——— augustifolium *L.*		Amaryllis cylindracea.
——— falcatum. *Jacq.*		——— falcata.

A M A R Y L L I S.

COROLLA supera , subhexapetaloidea. *Tubus* infundibuliformis , aut subnullus. *Limbus* campanulatus , sexpartitus , irregularis. *Filamenta* basi laciniarum inserta , declinata , inæqualia proportione vel directione. *Germen* inferum. *Stylus* declinatus. *Stigma* trifidum. *Capsula* trilocularis , trivalvis , polysperma.

Essentiam generis administrat directio vel proportio inæqualis filamentorum.

* *Corollis regularibus , filamentis alternis brevioribus.*

1. AMARYLLIS *lutea. L.*

A. spathâ uniflorâ indivisâ , corollâ æquali sessili , stigmate simplici.

A. spathâ uniflorâ , corollâ æquali , staminibus declinatis. *Linn. cliff.* 135.

A. spathâ uniflorâ , corollâ æquali , staminibus strictis. *Linn. syst.* 236.

Narcissus autumnalis major. *Clus. hist.* 1. 163. *t.* 164.

Colchicum luteum majus. *Bauh. pin.* 69. *Rudb. elys.* 2. *p.* 129. *f.* 1.

Lilio-narcissus virgineus. *Weinm. phyt.* 3. *p.* 276. *t.* 652. *f. C.*

HABITAT Monspelii , *in* Hispaniâ , Italiâ , Thraciâ. ♃

A genere paululum recedit.

2. AMARYLLIS *tubispatha.*

A. spathâ monophyllâ tubulosâ bifidâ uniflorâ , pedunculo spathâ duplo longiore.

HABITAT in Bonariâ. *Commerson.*

Scapus *uniflorus*, *erectus*, *quadripollicaris*. Spatha *medium fere scapum occupans*, *tubulosa*, *cylindracea*, *bifida*; *laciniis oppositis*. Flos *longius pedunculatus*, *erectus*. Filamenta *alterna* 3 *breviora mihi visa*. Folia *in speciminibus Commersonianis non exstabant.*

3\. AMARYLLIS *tubiflora*.

A. spathâ uniflorâ diphyllâ, corollâ infundibuliformi, tubo longissimo.

Lilio-narcissus croceus monanthos. *Feuill. obs.* 3. 29. *tab.* 20.

Narcissus peruvianus montanus. *Feuill. mss.* 48.

HABITAT Limæ, Chancaæ *in arenosis. Dombey.*

Filamenta æqualia dicit Dombejus : subæqualia mihi visa, sed specimen haud optimum observavi.

4\. AMARYLLIS *spiralis*. Tab. 13.

A. spathâ diphyllâ pauciflorâ, pedunculis filiformibus longissimis, foliis subulatis.

HABITAT in arenosis Capitis bonæ spei. *Bruguiere.*

Corolla *sexpartita*, *limbo patentissimo æquali*, *tubo brevi*. Filamenta *erecta*, *alterna breviora*. Scapus *basi tortilis*.

** *Limbo corollæ campanulato irregulari*, *genitalibus declinatis.*

5\. AMARYLLIS *Atamasco. L.*

A. spathâ uniflorâ bifidâ, corollâ subæquali, genitalibus declinatis.

A. spathâ uniflorâ, corollâ æquali, pistillo refracto. *Linn. cliff.* 135.

Lilio-narcissus indicus pumilus monanthos albus. *Mor. hist.* 2. *p.* 366. *sect.* 4. *t.* 24. *f.* 4.

Lilio-narcissus s. narcissus liliflorus carolinianus, flore albo singulari cum rubedine diluto. *Plukn. almag.* 220. *t.* 142. *f.* 3.

Lilio-narcissus vernus angustifolius, flore purpurascente. *Barrel. ic.* 994.

Lilio-narcissus minimus, foliis gramineis. *Rudb. elys.* 2. 94. *t.* 16.

Lilio-narcissus indicus albus. *Weinm. phyt.* 3. *p.* 276. *t.* 652. *f.* 6.

Lilio-narcissus virginiensis. *Catesb. car.* 3. *p.* 12. *t.* 12.

Lilio-narcissus VI. *Trew. seligm.. tab.* 37.

HABITAT in Americâ *septentrionali.* ♃

6\. AMARYLLIS *maculata*.

A. spathâ uniflorâ diphyllâ lineari, flore pedunculato, genitalibus declinatis.

HABITAT in Chile. *Dombey.*

Scapus *punctis lineatis maculatus*. Corolla *campanulata*.

7. AMARYLLIS *chilensis.*

A. spathâ uni-biflorâ subbifoliâ lanceolatâ, floribus pedunculatis, foliis linearibus.

Lilio-narcissus monanthos coccineus. *Feuill. obs.* 3. *t.* 21. (absque foliis.) *mss. p.* 50. (cum foliis.)

Habitat in Chile. *Dombey.*

Flores *A. Belladonnæ aut reginæ, purpurei.*

8. AMARYLLIS *clavata.*

A. spathâ uniflorâ diphyllâ subulatâ, corollâ clavatâ.

Habitat in Africâ *australi.*

Flos *pedicellatus.* Tubus *basi angustus, mox dilatatus.* Limbus *brevissimus.*

Folia non vidi, nec stamina observare licuit: an hujus vel præcedentis sectionis incertum remanet.

9. AMARYLLIS *formosissima. L.*

A. spathâ indivisâ uniflorâ, corollâ bilabiatâ sexpartitâ, petalis inferioribus genitalibusque dependentibus.

A. spathâ uniflorâ, corollâ inæquali, genitalibus declinatis. *Linn. cliff.* 135. *act. holm.* 1742. 93. *t.* 6.

A. spathâ uniflorâ, corollâ inæquali, petalis tribus genitalibusque declinatis. *Linn. spec.* 420.

Narcissus latifolius indicus rubro flore. *Clus. hist.* 1. 157. *cur.* 12. *Bauh. hist.* 2. 609.

Narcissus indicus flore sanguineo. *Swertz. flor. t.* 28.

Narcissus indicus totus ruber. *Bauh. pin.* 49.

Lilio-narcissus jacobæus latifolius indicus, rubro flore. *Mor. hist.* 2. *p.* 366. *sect.* 4. *t.* 10. *f.* 31.

Lilio-narcissus indicus ruber monanthos jacobæus. *Barrel. icon. t.* 1035.

Lilio-narcissus jacobæus, flore sanguineo nutante. *Dill. elth.* 195. *t.* 162.

Lilio-narcissus indicus totus ruber vulgo jacobæus. *Weinm. phyt.* 3. *p.* 276. *t.* 652. *f. A.*

Narcissus jacobæus. *Trew. seligm. t.* 24.

Habitat in Mexico. ♃

Corollam polypetalam mentitur, sed Petala *reverâ basi unita, staminaque iis inserta ut in congeneribus: tria inferiora dependentia.* Faux *obsolete ramentacea.*

10. AMARYLLIS *reginæ.*

A. spathâ subbiflorâ, corollis basi tubulosis campanulatis quinquepartitis,

fauce tubi hirsutâ.

Lilium americanum puniceo flore, Belladonna dictum. *Herm. par. p.* 194 *t.* 194.

Lilio-narcissus indicus, seu narcissus liliflorus aureus striis argenteis pictus, floribus amplis cernuis gemellis, caule magno cæpæ fistuloso. *Plukn. almag.* 220. *t.* 246. *f.* 2.

Lilio-narcissus polyanthos, flore incarnato, fundo ex luteo albescente. *Sloan. cat.* 115. *Mer. sur.* 22. *t.* 22. *Seb. thes.* 25. *t.* 17. *f.* 1.

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis marginibus reflexis, genitalibus declinatis. *Mill. ic.* 16. *t.* 23.

Lilio-narcissus II. *Trew. seligm. t.* 18.

A. dubia. *Linn. amœn.* 8. 254.

Habitat in Jamaicâ, Surinamo. ♃

11. AMARYLLIS *speciosa.*

A. spathâ subbiflorâ, corollis erectis basi tubulosis campanulatis semiquinquefidis, fauce tubi glabrâ.

Crinum *speciosum* foliis uniformibus, corollis campanulatis, tribus laciniis alternis calloso-unguiculatis. *Linn. suppl.* 195.

Habitat in Africâ *australi. Masson.*

Quam plurimum affinis præcedenti. An satis distincta?

12. AMARYLLIS *reticulata.* Tab. 14.

A. spathâ submultiflorâ, corollis nutantibus basi tubulosis limbo reticulatis, foliis oblongis.

Habitat in Brasiliâ?

Petalis transverse venosis distincta. Faux glabra.

13. AMARYLLIS *Belladonna.*

A. floribus umbellatis pedunculatis subhexapetalis, foliis canaliculatis.

Lilio-narcissus rubens indicus. *Ald. farn.* 83. *t.* 82.

Lilio-narcissus pumilus indicus polyanthos. *Corn. can.* 153. *t.* 154.

Narcissus indicus liliaceus diluto colore purpurascens. *Ferr. flor.* 117. *tab.* 121. 123.

Narcissus indicus liliaceus saturo colore purpurascens. *Ferr. flor. t.* 119.

Narcissus indicus polyanthos liliaceo flore. *Rudb. elys.* 2. *p.* 48. *f.* 7. (figura Ferrarii.)

Lilio-asphodelus capensis, flore roseo. *Pet. gaz. n.* 497. *t.* 85. *f.* 5.

Lilio-narcissus jacobæus phœniceus indicus polyanthos. *Barrel. rar.* 69. *t.* 1036.

Lilio-narcissus indicus saturate purpurascens polyanthos Belladonaformos italicus. *Barrel. rar.* 70. *t.* 1039.

Lilio-narcissus indicus dilute purpurascens, Belladona italorum vulgatior. *Barrel. rar.* 70. *t.* 1040.

Lilio-narcissus indicus, flore elegantissime purpurascente. *Weinm. phyt.* 3. *pag.* 276. *t.* 653. *f. A.*

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis. *Mill. ic.* 15. *t.* 23.

A. Belladonna. *Mill. illust.*

Habitat ad Promontorium bonæ spei. ♃

Laciniæ *alternæ extrorsum manifestissime uncinatæ.* Stigma *trifidum.*

14. AMARYLLIS *vittata.* Tab. 15.

A. spathâ multiflorâ, floribus pedunculatis subhexapetalis, petalis exterioribus margine liberis.

Habitat in . . . . ♃

Petala *inferne connata in tubum carnosum, sed margines exteriorum ad basin liberi.*

15. AMARYLLIS *falcata.*

A. floribus umbellatis longius pedunculatis sexpartitis, foliis falcatis margine cartilagineo muricato discolore.

Crinum falcatum. *Jacq. hort.* 3. 34. *t.* 60.

Habitat ad Promontorium bonæ spei.

16. AMARYLLIS *longifolia. L.*

A. floribus umbellatis pedunculatis basi tubulosis sexpartitis, foliis scapo duplo longioribus.

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis, scapo compresso longitudine umbellæ. *Linn. spec.* 421.

Lilio-narcissus africanus platicaulis humilis, flore purpurascente odorato. *Comm. hort.* 1. 71. *t.* 36.

Lilium africanum humile, longissimis foliis, polyanthos saturato colore purpurascens. *Herm. par. pag.* et *tab.* 195.

Lilio-narcissus africanus laticaulis humilis. *Rudb. elys.* 2. *p.* 180. *f.* 8. (icon Commelini.)

Habitat ad Promontorium bonæ spei.

17. AMARYLLIS *zeylanica. L.*

A. spathâ multiflorâ, corollis reclinatis, tubo filiformi longissimo, laciniis uncinatis.

A. *zeylanica* spathâ multiflorâ, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus

declinatis, scapo tereti ancipiti. *Linn. spec.* 421.

Crinum *zeylanicum* foliis scabro-dentatis, scapo compressiusculo. *Linn. syst.* 236.

Lilio-narcissus ceylanicus latifolius, flore niveo externe lineâ purpureâ striato. *Comm. hort.* 1. 73. *t.* 37.

Lilio-narcissus zeylanicus latifolius. *Rudb. elys.* 2. 181. *f.* 9. (icon Commelini.)

Tulipa javana. *Rhumph. amb.* 5. 306. *t.* 105.

Lilio-narcissus africanus, scillæ foliis, flore niveo lineâ purpureâ striato. *Ehret. pict.* 5. *f.* 2? *Trew. ehret.* 3. *tab.* 13?

A. *bulbisperma* spathâ multiflorâ, corollis campanulatis æqualibus, genitalibus declinatis, pericarpio bulbigero. *Burm. prodr.* 19.

Habitat *in* Indiâ *orientali.*

Pericarpia vivipara.

18. AMARYLLIS *revoluta.*

A. spathâ multiflorâ, corollis breviter pedicellatis basi tubulosis reclinatis, laciniis corollæ revolutis, foliis linearibus.

Habitat *ad* Promontorium bonæ spei.

19. AMARYLLIS *latifolia.*

A. spathâ multiflorâ, floribus pedicellatis subreclinatis basi tubulosis, foliis oblongo-lanceolatis.

Crinum *latifolium* foliis ovato-lanceolatis acuminatis sessilibus planis. *Linn. sp.* 419.

Sjovanna-pola-tali. *Rheed. mal.* 11. 77. *t.* 39.

Habitat *in* Indiâ *orientali.*

Plantam non vidi.

20. AMARYLLIS *aurea.* Tab. 15 *bis.*

A. spathâ multiflorâ, corollis basi tubulosis sexpartitis, laciniis linearibus undulatis, genitalibus corollâ longioribus.

Habitat *in* Chinâ. ♃

Folia *lato-linearia, læte viridia.* Scapus *pedalis, quinque-sexflorus.* Flores *breviter pedicellati, fulvi.* Petala *angusta, inferne distantia, undulata.* Stigma *simplex.*

21. AMARYLLIS *orientalis. L.*

A. umbellâ multiflorâ, floribus longissime pedunculatis sexpartitis, germinibus cuneiformibus triangularibus, foliis ovatis.

A. spathâ multiflorâ, corollis inæqualibus, foliis linguiformibus. *Linn. spec.* 422.

Narcissus indicus orientalis. *Swert. flor.* 31. *f.* 1.

Narcissus indicus, flore liliaceo, sphæricus. *Ferr. flor.* 125. *t.* 129. 131. 133.

Lilio-narcissus indicus maximus sphæricus, floribus plurimis rubris liliaceis. *Mor. hist.* 2. *p.* 368. *sect.* 4. *t.* 10. *f.* 35. (figura Ferrarii.)

Brunsvigia. *Heist. monogr. cum iconibus.*

HABITAT in Indiâ *orientali.*

22. AMARYLLIS *ciliaris. L.*

A. spathâ multiflorâ, corollâ sexpartitâ reflexâ, foliis ciliatis. *Linn. suppl.* 195.

A. *ciliaris* spathâ multiflorâ, foliis ciliatis. *Linn. spec.* 422.

A. *guttata* spathâ multiflorâ, foliis ciliatis. *Linn. syst.* 237.

Hæmanthus *ciliaris* foliis linguiformibus ciliatis. *Linn. spec.* 413.

Bulbus oblongus æthiopicus, foliis guttatis et cilii instar pilosis. *Breyn. cent.* 89. *t.* 39.

Lilium africanum sphæricum, floribus obsolete puniceis minoribus, foliis guttatis ad margines cilii instar pilosis, bulbo oblongo. *Herm. lugdb.* 375.

Lilio-narcissus sphæricus æthiopicus, foliis guttatis et cilii instar pilosis. *Plukn. almag.* 220.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. ♃

An sit Amaryllis, *vel potius* Hæmanthus, *an duæ sint reverâ plantæ adhuc incertum est. Unicam scilicet breynianam vivam nec florentem novi.*

23. AMARYLLIS *Umbella.* Tab. 16.

A. umbellâ reclinatâ, corollis incurvis infundibulo-tubulosis, limbo sexfido erecto, genitalibus inclusis.

Crinum *obliquum* foliis lanceolatis obliquis, laciniis corollæ alternis extus glandulosis. *Linn. suppl.* 195.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♃

Flores *cernui.* Tubus *corollæ turbinatus.* Limbus *campanulatus, erectus.*

24. AMARYLLIS *cylindracea.*

A. spathâ multiflorâ, corollis infundibuliformibus, tubo elongato cylindrico subincurvo, foliis linearibus.

Crinum *angustifolium* foliis linearibus obtusis, corollis cylindricis, laciniis alternis interglandulosis. *Linn. suppl.* 195.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson, Oldenburg.*

*** *Corollis radiatis, tubo subnullo.*

25. AMARYLLIS *sarniensis. L.*

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis lineari-lanceolatis, genitalibus rectiusculis exsertis.

A. spathâ multiflorâ, corollis revolutis, genitalibus strictis. *Linn. ups.* 75. *Thunb. jap.* 131.

A. spathâ multiflorâ, corollis æqualibus patentissimis revolutis, genitalibus longissimis. *Linn. cliff.* 135.

Narcissus japonicus rutilo flore. *Corn. can.* 157. *t.* 158. *Ehret. pict. t.* 9.

Lilio-narcissus japonicus rutilo flore. *Mor. hist.* 2. *p.* 367. *Seb. thes.* 1. 25. *t.* 17. *f.* 3.

Seki san. *Kæmpf. amœn.* 872.

Lilio-narcissus 4. *Trew. seligm. t.* 30.

HABITAT in Japoniâ. *ad* Caput bonæ spei. *Masson, Oldenburg.*

26. AMARYLLIS *radiata.*

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis linearibus undulatis revolutis, genitalibus deflexis divergentibus, corollâ duplo longioribus.

Lilio-narcissus v. *Trew. seligm. t.* 35. (nisi exhibeat quamdam *A. Sarniensis* varietatem.)

HABITAT in . . . . ♃

27. AMARYLLIS *cinnamomea.* Tab. 17.

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis lanceolatis undulatis, genitalibus erectis corollâ brevioribus.

Caneel bloem *Belgis vulgo.*

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Bruguiere.*

Flores *dimidio minores quam in A. undulatâ.* Petala *duplo latiora quorum exteriora magis revoluta.* Stigma *simplex.* Hæmanthi *affinis.*

28. AMARYLLIS *undulata. L.*

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis corollâ brevioribus.

A. spathâ multiflorâ, corollis patulis, petalis undulatis mucronatis basi dilatatis. *Linn. syst.* 237.

A. undulata. *Hill. kew.* 352. *tab.* 14. *Jacq. hort.* 3. 11. *tab.* 13. *Meerb. icon.* 13. *J. F. Mill. ic.* 8.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. ♃

Stigma *capitatum.* Pericarpium *viviparum.*

A. spiralis tubo brevissimo limboque rotato æquali hîc collocari poterat, sed staminibus alternis brevioribus ad primam sectionem revocavi.

Amaryllis capensis. *L. est* Hypoxis stellata. *Linn. suppl.* 197.

——— disticha. *L.* Hæmanthus?

AGAPANTHUS.

Spatha polyphylla. *Corolla* infera, infundibuliformis, regularis, sexpartita. *Tubus* brevis. *Laciniæ* oblongæ s. spathulatæ, patentes. *Filamenta* tubo superne inserta, laciniis opposita, declinata. *Antheræ* biloculares, peltatæ. *Germen* superum, trigonum. *Stylus* staminibus conformis. *Stigma* subcapitatum. *Capsula* triangularis, trilocularis, trivalvis. *Semina* plurima, apice imbricata alata.

AGAPANTHUS *umbellatus.*

Crinum *africanum* foliis sublanceolatis planis, corollis obtusis. *Linn. spec.* 419.

Hyacinthus africanus tuberosus, flore cæruleo umbellato. *Breyn. prodr.* 1. 25. *icon.* 23. *t.* 10. *f.* 1. *Trew. comm. litter. anno* 1744. *p.* 351. *t.* 4. *f.* 3. 9. 10. *Comm. hort.* 2. 133. *t.* 67. *Seb. thes.* 1. 29. *t.* 19. *f.* 4.

Hyacintho affinis, tuberosâ radice, africana, umbellâ cæruleâ inodorâ. *Plukn. almag.* 187. *t.* 295. *f.* 1.

Polyanthes floribus umbellatis. *Linn. vir.* 29. *cliff.* 126. *Mill. ic.* 140. *t.* 210. *Ehret. pict. t.* 10.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. ♃

Flores absolute Hemerorallidis, *sed spathâ genus distinctum.*

EUCOMIS.

Calyx nullus. *Corolla* sexpartita. *Filamenta* subulata, basi dilatata, ibique coalita in *Nectarium* concavum fundo corollæ adnatum. *Germen* superum. *Stigma* simplex. *Capsula* trilocularis, polysperma.

1. EUCOMIS *regia.*

E. scapo cylindrico, comâ maximâ foliosiore, foliis undulatis.

Fritillaria *regia* racemo comoso inferne nudo, foliis crenatis. *Linn. spec.* 435.

Corona regalis lilii folio crenato. *Dill. elth.* 1. 109. *t.* 93.

Fritillaria longifolia. *Hill. kew.* 354. *t.* 15.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. ♃

2. EUCOMIS *nana.*

E. scapo clavato, floribus confertissimis.

Fritillaria *nana* racemo comoso, foliis bifariis amplexicaulibus lanceolatis. *Burm. prodr.* 9.

Orchidea capensis, tulipæ flore rosaceo. *Pet. gaz. t.* 85. *f.* 6.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♃

Frondescentia Massoniæ. *Folia ovata, acuminata, subtus lineata: venis apice confluentibus.*

3. EUCOMIS *punctata.* Tab. 18.

E. maculata, scapo cylindrico elongato laxifloro, foliis ensiformibus canaliculatis.

Asphodelus comosus. *Houtt. nat. hist.* 12. *pag.* 336. *tab.* 83.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. ♃

Coma minor minusque foliosa quam in cæteris, pedunculi longiores laxiores.

E. nana *minor. est*, E. regia *media*, E. punctata *major.*

OCTANDRIA.

KOËLREUTERIA.

Perianthium pentaphyllum. *Petala* 4, quorum infera 2 opposita. *Nectarium* duplex: *Squamulæ* 4, bipartitæ, unguibus petalorum adnatæ, coronam faucis constituentes: *Glandulæ* 3, inter stamina et pistillum. *Filamenta* subdeclinata, columnæ genitali affixa. *Germen* triquetrum, columnâ genitali elevatum. *Stylus* trigonus. *Stigma* trifidum. *Capsula* trilocularis: *loculis* dispermis.

KOËLREUTERIA *paullinioides.* Tab. 19.

K. paniculata. *Laxm. nov. comm. petr.* 16. *p.* 561. *t.* 18.

Sapindus *chinensis* foliis pinnatis, foliolis laciniatis. *Murr. syst.* 315. *Linn. suppl.* 228.

Habitat in Chinâ. ♄

Arbor polygama.

ICOSANDRIA.

EUCALYPTUS.

Perianthium: Operculum superum, integerrimum, truncatum. *Petalum: Calyptra* obverse hemisphærica, margini calycis imposita, ante anthesin discedens. *Filamenta* numerosissima, calyci inserta. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* unicus. *Capsula* subquadrilocularis, apice duntaxat dehiscens. *Semina* plurima, angulata.

EUCALYPTUS *obliqua.* Tab. 20.

Habitat in Novâ Cambriâ. *Nelson. Guil. Anderson.* ♄

DIDYNAMIA.

L A V A N D U L A.

LAVANDULA *viridis.* Tab. 21.

L. foliis sessilibus linearibus rugosis villosis margine revolutis, spicâ comosâ, bracteis indivisis.

Habitat in Maderâ. *Masson.* ♄

Differt a L. stæchade *foliis rugosis villosis viridibus nec tomentosis canis, bracteis comâque integris viridibus nec subtrilobis purpurascentibus.*

B Y S T R O P O G O N.

Calyx monophyllus, quinquesubulatus, fauce barbatus. *Corolla* ringens. *Labium superius* bifidum: *inferius* trifidum; laciniâ extimâ productiore. *Filamenta* didynama, distantia. *Germen* superum, quadripartitum. *Stigma* bifidum. *Calyx* barbâ clausus, in fundo *Semina* quatuor fovens.

1. BYSTROPOGON *pectinatum.*

B. paniculis compactis, floribus secundis, foliis ovatis.

Nepeta *pectinata* spicis secundis, foliis cordatis nudis, caule frutescente, corollis minutis. *Linn. spec.* 799.

Nepeta maxima, flore albo, spicâ habitiori. *Sloan. jam.* 65. *hist.* 1. 173. *t.* 108. *f.* 1. (mala, nisi erronea. In herbario *Sloanei* adglutinatur *B. pectinatum*, sed icon sistit plantam alienam ad genus *Hypteos* Jacquini forte referendam.)

Galeopsis procerior foliis ovato-acuminatis serratis, spicis majoribus compositis terminalibus, spicillis geminatis uno versu floridis. *Brown. jam.* 259.

Habitat in Peruâ. *Dombey.* Jamaicâ.

2. BYSTROPOGON *sidæfolium.*

B. paniculis laxissimis, pedunculis verticillatis filiformibus, foliis cordatis.

Habitat in Peruâ. *Dombey.*

3. BYSTROPOGON *suaveolens.*

B. pedunculis axillaribus solitariis, calycibus truncatis aristatis, foliis cordatis.

Ballota *suaveolens* foliis cordatis, spicis foliosis, calycibus truncatis aristis linearibus. *Linn. spec.* 815.

Melissa jamaicana odoratissima. *Plukn. almag.* 247. *t.* 306. *f.* 3.

Melissa spicata lavandulam spirans major. *Plum. cat.* 6. *ic.* 155. *t.* 163. *f.* 1.

Mentastrum maximum flore cæruleo, nardi odore. *Sloan. jam.* 64. *hist.* 1. 171. *t.* 102. *f.* 2.

Mesosphærum hirsutum foliis cordatis serrato-sinuatis, floribus verticaliter spicatis. *Brown. jam.* 257. *t.* 18. *f.* 3.

HABITAT in America *meridionali.*

4. BYSTROPOGON *plumosum.* Tab. 22.

B. paniculis dichotomis, calycibus plumosis, foliis ovatis subserratis subtus tomentosis.

Mentha *plumosa* caule fruticoso, foliis ovatis petiolatis serratis subtus albo-tomentosis, paniculis dichotomis terminalibus. *Linn. suppl.* 273.

HABITAT in Canariis, Nivariâ. *Masson.* ♄

B. plumosum *et* origanifolium *jungunt* B. canariense *et* punctatum *præcedentibus.*

5. BYSTROPOGON *origanifolium.*

B. paniculis dichotomis, calycibus plumosis, foliis ovatis integerrimis subtus candidissimis.

HABITAT in Nivariâ. *Masson.* ♄

Admodum affinis præcedenti, sed folia integerrima subtus nivea.

6. BYSTROPOGON *canariense.*

B. pedunculis dichotomis, floribus capitatis, foliis ovatis crenatis subtus villosioribus.

Mentha floribus capitatis ex alis, foliis ovatis crenatis, caule arborescente. *Linn. cliff.* 307.

Mentha *canariensis* floribus capitatis axillaribus dichotomis, staminibus corollâ brevioribus, foliis ovatis crenatis, caule arborescente. *Linn. spec.* 807.

Menthà canariensis frutescens, foliis subtus lanugine candidissimâ villosis, floribus glomeratis e sinu foliorum longioribus pediculis insidentibus. *Plukn. almag.* 248. *t.* 307. *f.* 2.

Heliotropium canariense arborescens, scorodoniæ folio. *Comm. hort.* 2. 129. *t.* 65.

Heliotropium *canariense* foliis ovatis crenatis oppositis, floribus capitatis alaribus dichotomis, caule arborescente. *Mill. dict. n.* 5.

HABITAT in Maderâ, Nivariâ. *Masson.* ♄

7. BYSTROPOGON *punctatum.* Tab. 23.

B. pedunculis dichotomis, floribus capitatis, foliis ovatis dentatis glabris punctulatis.

HABITAT in Maderâ. *Banks et Solander, Masson.* ♄

Laciniæ calycinæ non subulatæ ut in cæteris; nihilominus congener.

DIADELPHIA. SYNGENESIA.

DIGITALIS.

DIGITALIS *Sceptrum. L.* Tab. 24.

D. foliis oblongis spathulatis serratis, spicis oblongis pedunculatis apice comosis, caule fruticoso.

D. *Sceptrum* fruticosa, foliis oblongis spathulatis serratis, spicis terminalibus ovatis pedunculatis comâ bractearum terminatis, calycinis foliolis subulatis, corollis quadrifidis. *Linn. suppl.* 282.

HABITAT in sylvis umbrosis Maderæ. *Masson.* ♄

CAPRARIA.

CAPRARIA *undulata. L.* Tab. 25.

C. foliis sparsis inæqualiter approximatis ovatis integris subundulatis, racemo terminali subsimplici.

C. *undulata* foliis alternis ovatis undulatis, racemis secundis. *Linn. suppl.* 284.

HABITAT in collibus prope Swellendam *ad* Caput bonæ spei. *Masson.* ♄

Folia nonnulla quasi verticillata.

DIADELPHIA.

ASPALATHUS.

ASPALATHUS *pedunculata.* Tab. 26.

A. foliis fasciculatis subulatis glabris, pedunculis filiformibus folio duplo longioribus.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

SYNGENESIA.

TANACETUM.

TANACETUM *flabelliforme.* Tab. 27.

T. corymbis simplicibus, foliis deltoidibus apice serratis.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♃

Flosculi *omnes hermaphroditi quinquefidi, sed receptaculo nudo nec paleaceo potius quadrat cum* Tanaceto, *quam cum* Athanasiâ.

ARTEMISIA.

ARTEMISIA *argentea*. Tab. 28.

A. fruticosa sericea, foliis subpalmatis pinnatisve, laciniis lato-linearibus remotis.

Habitat in Maderâ. *Masson.* ♄

Tota argentea. Receptaculum *villosum.*

RELHANIA.

Calyx communis oblongus, imbricatus, squamatus, scariosus. *Corolla* radiata. *Corollulæ hermaphroditæ* numerosæ, in disco: *femineæ* plurimæ, in radio. *Filamenta* hermaphroditis quinque. *Anthera* tubulosa. *Germen* utrisque oblongiusculum. *Stylus* unicus. *Stigmata* 2, revoluta. *Calyx* immutatus in *Pericarpium. Semina* solitaria. *Pappus* membranaceus, multifidus vel lacerus. *Receptaculum* paleaceum.

Differt ab Athanasiâ *tantum corollâ radiatâ, nec æquali. Potuissent itaque* Relhaniæ *uti sectio distincta* Athanasiis *sociari, suadente* Senecione *aliisque generibus. Distinguitur a* Leyserâ *pappo membranaceo, nec plumoso: ab* Osmite *flosculis femineis fertilibus, calyce scarioso.*

Floribus aggregatis.

1. RELHANIA *squarrosa.* Tab. 29.

R. foliis oblongis acuminatis enervibus apice recurvis.

Athanasia *squarrosa* pedunculis unifloris lateralibus, foliis ovalibus recurvatis. *Linn. amœn.* 4. 329. *et* 6. 52.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

2. RELHANIA *genistifolia.*

R. foliis lanceolatis acuminatis uninervibus subimbricatis.

Athanasia *genistifolia* corymbis simplicibus, foliis lanceolatis indivisis nudis confertis. *Linn. mant.* 464.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson, Kœnig.* ♄

3. RELHANIA *microphylla.*

R. foliis linearibus enervibus confertissimis, floribus pedicellatis.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

4. RELHANIA *passerinoides.*

R. foliis linearibus enervibus, floribus subsessilibus.

HABITAT ad Caput bonæ spei. *Masson.* ♄.

Folia floresque duplo majora quam in R. microphyllâ : *caules erecti, nec diffusi.*

5. RELHANIA *viscosa.*

R. foliis linearibus triquetris carnosiusculis viscidis.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

R. viscosa *et* passerinoides *inflorescentiâ habituque admodum affines sed in* R. viscosâ *folia quasi trigona, subcarnosa, adspersa glandulis pedicellatis quibus* R. passerinoides *destituitur.*

** *Floribus solitariis.*

6. RELHANIA *laxa.*

R. foliis linearibus villosis remotis, floribus longius pedunculatis, caule erecto.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ☉

7. RELHANIA *pedunculata.*

R. foliis linearibus villosis, floribus pedunculatis, caulibus diffusis.

Zoegea *capensis* foliis linearibus, calyce glabro basi gibbo. *Linn. suppl.* 382.

Athanasia *pumila* foliis linearibus pilosis, pedunculis unifloris folio longioribus. *Linn. suppl.* 362.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei.

8. RELHANIA *lateriflora.*

R. foliis linearibus villosis, pedunculis lateralibus folio brevioribus.

Athanasia *sessiliflora* foliis linearibus pilosis, pedunculis unifloris folio brevioribus. *Linn. suppl.* 362.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.*

9. RELHANIA *cuneata.*

R. foliis obovatis glabris, floribus sessilibus.

Athanasia *uniflora* foliis obovatis imbricatis glabris, floribus terminalibus sessilibus solitariis. *Linn. suppl.* 362.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

10. RELHANIA *virgata.*

R. foliis linearibus glabris, acumine recurvo folio breviore, floribus sessilibus.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

Admodum affinis præcedenti, cujus forte varietas.

11. RELHANIA *paleacea.*

R. foliis linearibus triquetris subtus turionibusque canescentibus, calycibus sessilibus turbinatis.

Leysera *paleacea* foliis triquetris apice callosis recurvatis. *Linn. syst.* 561.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

12. RELHANIA *santolinoides.*

R. foliis linearibus triquetris subtus turionibusque incanis, calycibus globosis subpetiolatis.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

An satis distincta a R. paleaceâ? *In utrâque pappus tubulosus apice dentatus.*

13. RELHANIA *pungens.*

R. foliis linearibus subpungentibus subtus striatis, floribus sessilibus.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

14. RELHANIA *decussata.*

R. foliis triquetris linearibus acutis decussatis, floribus sessilibus.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

15. RELHANIA *calycina.*

R. foliis lineari-lanceolatis subtrinervibus acutis, floribus sessilibus.

Osmites *calycina* foliis lanceolatis nudis, calycibus scariosis. *Linn. suppl.* 380.

Habitat ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

R. pungens, decussata, calycina *gaudent calyce ampliori squamis intimis majoribus. Vix idem in* R. paleaceâ.

16. RELHANIA *Bellidiastrum.*

R. foliis linearibus tomentosis, floribus sessilibus.

Osmites *Bellidiastrum* foliis linearibus tomentosis, calycibus scariosis. *Linn. spec.* 1285.

Bellidiastrum subhirsutum linifolium. *Vaill. act. par.* 1724. *p.* 316.

Anthemis suffruticosa, foliis linearibus triquetris tomentosis indivisis, floribus sessilibus. *Linn. amœn.* 4. 330.

Habitat ad Caput bonæ spei. *Masson.* ♄

Pappus *nullus. A genere sat aliena.*

CINERARIA.

1. CINERARIA *humifusa.*

C. pedunculis unifloris, foliis reniformibus subangulatis, petiolis apice auriculatis nudisve.

Aster flore luteo, foliis cymbalariæ. *Rai. hist.* 3. 158.

Aster africanus minimus monanthos luteus, foliolis angulosis minimis aceris formâ vel cymbalariæ. *Rai. hist.* 3. 161.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

Affinis C. cymbalarifoliæ, *sed flores lutei calycesque villoso-scabriusculi, dum flores purpurei calycesque glabri in* C. cymbararifoliâ.

2. CINERARIA *viscosa.*

C. pedunculis unifloris, foliis pinnatifido-lobatis acutis viscidis carnulosis.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei.

Forte varietas tantum C. humifusæ.

3. CINERARIA *scapiflora.*

C. pedunculis longissimis unifloris, foliis ovatis glabris duplicato-dentatis.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.*

Folia duplicato-dentata vel sublobata.

4. CINERARIA *mitellæfolia.*

C. pedunculis subbifloris, foliis cordatis glabris laxe dentatis petiolis simplicibus.

Senecio *cordifolius* corollis radiantibus, foliis cordatis dentatis, calycibus simplicissimis. *Linn. suppl.* 372.

HABITAT. ad Promontorium bonæ spei.

5. CINERARIA *lanata.* Tab. 30.

C. pedunculis unifloris, foliis cordato-subrotundis septangulis subtus lanuginosis.

HABITAT in Nivariâ. *Masson.* ♄

Flores purpurei.

6. CINERARIA *populifolia.*

C. floribus corymbosis, foliis cordatis subangulatis subtus tomentosis, petiolis apice multijugo-appendiculatis.

Cacalia *appendiculata* fruticosa tomentosa, foliis cordatis ovatis acutis angulatis subtus tomentosis, petiolis appendiculate foliosis. *Linn. suppl.* 352.

HABITAT in insularum Canariensium *humidis. Masson.* ♄

Flores lutei. Folia Populi albæ.

7. CINERARIA *aurita.* Tab. 31.

C. floribus corymbosis, foliis cordatis subangulatis subtus tomentosis, petiolis basi biauritis.

HABITAT in Maderâ. *Masson.* ♄

Flores purpurei. Folia quoque populnea. Variat auriculis majoribus et minoribus.

8. CINERARIA *ramentosa.*

C. floribus corymbosis, foliis cordatis angulatis subtus tomentosis, petiolis superne appendiculatis, calycibus ramentosis.

Cacalia *echinata* herbacea, foliis reniformibus cordatis angulato-dentatis subtus tomentosis, foliolis calycinis tuberculatis. *Linn. suppl.* 353.

HABITAT in Canariis. *Masson.* ♄

Calyces adspersi denticulis numerosis.

9. CINERARIA *malvæfolia.* Tab. 32.

C. floribus cymosis, foliis cordatis angulatis infra subtomentosis, petiolis simplicibus.

HABITAT in Canariis *et insulâ* S. Miguel *ex* Azoribus. *Masson.* ♄

10. CINERARIA *multiflora.*

C. floribus cymosis, foliis cordato-ovatis subtus tomentosis, petiolis dimidio auritis.

HABITAT in insularum Canariensium *collibus. Masson.*

11. CINERARIA *cruenta.* Tab. 33.

C. floribus cymosis, foliis cordatis angulatis subtus purpurascentibus, petiolis basi auritis.

HABITAT in Nivariâ. *Masson.* ♄

12. CINERARIA *tussilaginis.*

C. floribus laxe paniculatis, foliis reniformi-cordatis multangulis subtus tomentosis, petiolis basi auritis.

HABITAT in Canariis, Teneriffâ. *Masson.* ⊙

13. CINERARIA *lobata.* Tab. 34.

C. floribus subcorymbosis, foliis subrotundis multilobatis glabris, petiolis basi auritis, calycibus subcalyculatis.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Banks et Solander, Masson.* ♄

Bracteâ unâ alterâve sub calycibns fere calyculi instar vix distinguitur a Senecione. *Herba potius* Cinerariæ.

14. CINERARIA *senecionis.*

C. floribus subcorymbosis, foliis sinuato-pinnatifidis glabris, caulinis sessilibus.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Forster.* ♄

Cinerariæ *quæ calyculatæ sunt, quales* C. americana *et* lineata, *forte melius ad* Senecionem *revocandæ.*

BOLTONIA.

CALYX communis subimbricatus: *squamis* linearibus. *Corolla* radiata. *Germina* compressa, verticalia. *Pappus* obsolete dentatus, bicornis. *Receptaculum* favosum.

In Astere *Calyx imbricatus. Pappus pilosus. Receptaculum nudum ex Linnæo, sed reverâ similiter alveolatum.*

In Matricariâ *Pappus nullus. Receptaculum nudum.*

In Spilantho *Corolla sæpius uniformis. Receptaculum paleaceum.*

1. BOLTONIA *glastifolia.* Tab. 35.

B. foliis inferioribus serratis.

Matricaria glastifolia. *Hill. kew.* 19. *t.* 3.

HABITAT in Americâ *septentrionali.* ♃

2. BOLTONIA *asteroides.* Tab. 36.

B. foliis integerrimis.

Matricaria *asteroides* foliis lanceolatis integris glabris obliquis. *Linn. mant.* 116.

HABITAT in stagnis Virginiæ. *Bartram.* ♃

BUPHTHALMUM.

BUPHTHALMUM *sericeum. L.* Tab. 37.

B. *sericeum* foliis oppositis approximatissimis spathulato-oblongis sericeis, calycinis squamis setaceis hirsutis, caule arboreo. *Linn. suppl.* 379.

HABITAT Fuertæ-venturæ *Canariensium. Masson.* ♄

STOKESIA.

CALYX communis foliaceus, subimbricatus. *Corolla* flosculosa, biformis: *in radio* corollulæ hermaphroditæ, regulares; *in ambitu* irregulares radium

constituentes. *Filamenta* utrisque quinque. *Anthera* cylindracea. *Germen* regularibus tetragonum, irregularibus trigonum. *Stylus* filiformis. *Stigma* bipartitum, subulatum. *Pappus* filamentosus, deciduus, corollulæ æqualis, regularibus quaternus, irregularibus ternus. *Receptaculum* nudum.

Affinis Carthamo, *a quo differt Receptaculo nudo, Pappo quadrifilamentoso, floribus radiatis.*

STOKESIA *cyanea.* Tab. 38.

Carthamus lævis. *Hill. kew.* 57. *t.* 5.

HABITAT in Carolinâ *australi.* ♃

Corolla Centaureæ Cyani. *Calyx fere* Carthami.

GYNANDRIA.

LIMODORUM.

1. LIMODORUM *Tancarvilleæ.*

L. scapis radicalibus terminalibusve simplicibus, floribus pedunculatis.

L. Tancarvilleæ. *Banks. icon absque sermone.*

HABITAT in Chinâ. ♃

Etsi labium nectarii postice desinat in calcar brevissimum, a Limodoro *tamen separanda non videtur.*

2. LIMODORUM *tuberosum. L.*

L. scapis subsimplicibus, floribus sessilibus.

L. *tuberosum* floribus sessilibus racemosis alternis. *Linn. syst.* 594.

Helleborine americana, radice tuberosâ, foliis longis angustis, caule nudo, floribus ex rubro pallide purpurascentibus. *Mart. cent.* 50. *t.* 50. *Mill. ic. t.* 145.

HABITAT in Pensylvaniæ *umbrosis. Matthias Hultgren.* Marylandiâ. ♃

Racemi *simplices in omnibus speciminibus a me visis, et in Millero, sed Martynus compositos pingit.*

3. LIMODORUM *altum. L.*

L. scapis paniculatis, floribus pedunculatis.

L. *altum* floribus pedunculatis sparsis. *Linn. syst.* 594.

* *Synonymon* Plumieri excludendum, uti exhibens plantam simpliciter racemosam nec paniculatam, floribusque forte sessilibus.

HABITAT in Jamaicâ. *Houston.* ♃

MONOECIA.

GENESÍPHYLLA.

Masculi flores.

CALYX rotatus, sexpartitus: *laciniis* internis tribus majoribus. *Corolla* nulla. Nectarium: *Glandulæ* 6, singula ad basin singulæ divisuræ calycis. *Filamentum* unicum, superne trifidum. *Antheræ* tres, bilobæ.

Feminei flores masculis immixti apicem versus ejusdem folioli.

CALYX ut in mare, persistens. *Corolla* ut in mare. Nectarium: *Operculum* subtrigonum, cingens germen. *Germen* superum. *Styli* tres, tripartiti, subulati. *Stigmata* simplicia. *Capsula* trilocularis. *Semina* bina.

Si pro distincto genere stare non valeat, cum Phyllantho *potius jungenda quam cum* Xylophyllâ.

GENESIPHYLLA *asplenifolia.* Tab. 39.

Xylophylla *latifolia* foliis lanceolatis, ramis teretibus. *Linn. mant.* 251.

Filicifolia hemionitidi affinis americana epiphyllanthos, folio simpliciter pinnato, radice reptatrice carnosâ, ad foliorum crenas floridâ. *Plukn. almag.* 154. *t.* 46. *f.* 7. (folium.)*

Lonchitidi affinis arbor anomala, folio alato e pinnarum crenis fructifero. *Sloan. hist.* 1. 80.

Phyllanthus foliis latioribus utrinque acuminatis apicem versus crenatis. ~~*Brown. Jam.*~~ 188. *n.* 1.

* *Cætera* Linnæi synonyma scilicet Commelini, Pluknetii, Catesbei, Sebæ, necnon *Phyllanthus* 2 Brownei et *Phyllanthus Epiphyllanthus* L. ad *Xylophyllam falcatam* Swartzi retrahenda sunt.

HABITAT *in* Jamaicâ. ♄

DIOECIA.

TAMUS.

TAMUS *elephantipes.* Tab. 40.

T. foliis reniformibus integris.

Pes Elephantis *vulgo.*

HABITAT *ad* Promontorium bonæ spei. *Masson.*

Feminâ adhuc ignotâ certius pronuntiare inter Tamum *et* Smilacem *difficillimum. Nihilominus in mare rudimentum germinis stylo coalito calyci instructum indicat germen inferum, unde suspicari licet* Tamum *esse.*

POLYGAMIA.

MIMOSA.

1. MIMOSA *verticillata.* Tab. 41.

M. inermis, foliis verticillatis linearibus pungentibus.

HABITAT in Terrâ Van-Diemen *Novæ-Hollandiæ. Nelson.* ♄

In plantâ nascente folia duo vel tria primordialia bipinnata.

2. MIMOSA *Houstoni.*

M. inermis foliis bipinnatis abruptis subsexjugis, pinnulis multijugis, foliolis subconfluentibus, racemo composito terminali.

Gleditschia *inermis* caule inermi. *Linn. spec.* 1509.

Acacia americana non spinosa, flore purpureo, staminibus longissimis, siliquis planis villosis, pinnis foliorum tenuissimis. *Houst. mss. p.* 22. *Mill. icon.* 4. *t.* 5.

Mimosa. *Houst. rel.* 12. *t.* 26.

HABITAT in Verâ-Cruce. *Houston.* ♄

Folia *subtus pilosa.* Inflorescentia *ut in* M. grandiflorâ, *sed* Flores *minores.* Corollæ *villosæ, persistentes.* Legumina *parallelogramma, acuminata, plana, seminibus elevata, admodum tomentosa, rufa.* Semina *oblonga, compressa, utrinque zonâ notata, marginibus suturæ utrisque alterius inserta.*

Hæc est Gleditschia inermis *Linnæi. Recentiores autores quales* Duhamel, Du Roi, *et alii, varietatem inermem* Gleditschiæ triacanthos *pro* Gleditschiâ inermi *habuere.*

3. MIMOSA *grandiflora.* Tab. 42.

M. inermis, foliis abrupte bipinnatis multijugis, pinnulis multijugis, foliolis distinctissimis, racemo composito terminali.

Acacia non spinosa indiæ orientalis, foliis perexeguis, virgulis lanugine ferrugineâ villosis. *Plukn. amalth.* 3.

HABITAT in Indiâ *orientali.* ♄

Affinis quam plurimum M. Houstoni, *a quâ differt pinnulis crebrioribus, foliolisque distinctissimis basi ovatis, dum in* M. Houstoni *juxta rachidem confluentibus basi truncatis foliumque pinnatifidum mentientibus.*

CRYPTOGAMIA.

DICKSONIA.

FRUCTIFICATIONES subrotundæ, margini averso frondis subjectæ.

Cryptogamia.

Calyx communis reniformis, unilocularis, florifer clausus, longitudinaliter fructifer dehiscens. *Valvula exterior* ex ipsâ substantiâ folii; *interior* membranacea. *Flosculi* ignoti. *Capsulæ* numerosæ, pedicellatæ, *Receptaculo* longitudinali affixæ. *Semina* numerosissima, minuta.

1. DICKSONIA *arborescens.* Tab. 43.

D. frondibus supradecompositis villosis, foliolis subintegris, caule arboreo.

Habitat in insulâ Sanctâ Helenâ. *Banks et Solander.* ♄

2. DICKSONIA *Culcita.*

D. frondibus supradecompositis glabris, foliolis serratis.

Polydopium? *Baromets* frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis lanceolatis serratis, radicibus lanatis. *Linn. spec.* 1553?

Agnus scythicus aut vegetabilis Boramets dictus autoribus fabulosis? *Scal. subt. exerc.* 181. §. 29. *Port. phyt. l.* 4. *c.* 4. *Duret. hist.* 331. *Licet. spont. l.* 3. *c.* 45.

The Tartarian Lamb. *Sloan. act. angl.* 1698. *n.* 247. *pag.* 461. *tab.* 247. *f.* 5? (radix obversa.)

Agnus scythicus vegetabilis Borametz dictus. *Breyn. act. angl.* 1725. *n.* 390. *p.* 353. *t.* 390? (radix obversa.)

* *Consul.* de Agno scythico *Deusing. diss.* 598. *Breyn. loc. cit.* et *Kæmpf. amœn.* 505. Si *Baromets* et *D. Culcita* non sint eadem planta, quod, etsi patriæ tam remotæ, vix incertum, procul dubio Agnus scythicus alia erit Filicis species

Feila Brom *Maderensibus vulgo.*

Habitat in insulâ S. Miguel *ex* Azoribus. *Masson.* ♃

E radicibus Culcitas conficiunt incolæ.

Addenda et emendanda.

Polygamia.

EUCLEA.

Calyx quinquedentatus, parvulus, persistens. *Corolla* monopetala, quinquepartita, calyce major, receptaculo inserta: *laciniis* ovatis, obtusis, patentibus. *Filamenta* circiter 15, brevia, receptaculo inserta. *Antheræ* erectæ, biloculares, tetragonæ, villosiusculæ, corollâ breviores. *Germen* superum, pyramidato-ovatum. *Styli* duo, longitud. staminum. *Stigmata* simplicia. *Capsula* baccata, i. e. pulpâ induta, subrotunda, tricornis, trilocularis, trivalvis. *Semina* solitaria, subrotunda, arillata, uno alterove abortiente.

POLYGAMIA.

Dantur flores hermaphroditi, et hermaphroditi masculi sc. germine abortivo, unde videretur polygama. Planta femina, si exstat, me fugit.

EUCLEA *racemosa. L.*

E. racemosa. *Linn.* (*Murr.*) *syst.* 747. *ed.* 13ª. *Linn. suppl.* 67. 428. *Thunb. gen.* 5. *pag.* 85.

Celastrus *corniculatus* foliis ovalibus integerrimis perennantibus, capsulâ tricorni. *pag.* 6.

Evonymus africanus, foliis laurinis, fructu aculeato. *Breyn. icon. t.* 22. *f.* 3.

Padus foliis subrotundis, fructu racemoso. *Burm. afr.* 238. *t.* 84. *f.* 1. (Autor hîc fructum infantem forte exhibet.)

Evonymus foliis subrotundis integris, fructu corniculato. *Burm. afr.* 260. *t.* 97. *f.* 1.

HABITAT ad Promontorium bonæ spei. *Masson.* ♄

Capsulæ absolute Celastri *nisi baccatæ et cornutæ, unde, flore mihi ignoto, pro* Celastro corniculato *in hoc opere habueram. Specimina fructifera hujus* Celastri corniculati *tam similia* E. racemosæ *quam ovum ovo. Miror nihilominus, vixque crederes plantam digynam, ut* Eucleam, *gaudere fructu triloculari. Nec cum stylis duobus multo melius quadrat bacca monosperma quam huic generi assignat Thunbergius. Linnæus baccam dicit bilocularem. Ulterius ergo de fructu ab autoptis inquirendum.*



Jac. Sowerby del. Fr. Hubert sculp.

W I T H E R I N G I A ſolanacea.

WITHERINGIA.

(TETRANDRIA monogynia.)

CARACTER ESSENTIALIS.

CALYX quadridentatus. *Corolla* campanulata. *Nectarium* polymorphum, quadrilobum, corollæ adnatum. *Filamenta* corollæ adnata. *Antheræ* lateribus dehiscentes. *Germen* superum. *Bacca* polysperma.

IN memoriam celeberr. Gulielmi WITHERING, *Doct. Med. Soc. reg. Lond. Soc. autoris operis inscripti*: Botanical arrangement of British plants.

WITHERINGIA solanacea.

HABITAT in Americâ *meridionali.*

PLANTA habitu Physalidis, aut Solani.

Descensus.

RADIX fasciculata, fusiformis, carnosa, nunc subsimplex, nunc ramosa, descendens, magna, cinerea.

Ascensus.

CAULES plurimi e radice, erecti, apice dichotomi, teretes lineis tribus e petiolis ultimis decurrentibus, villosi, obscure purpurascentes, semipedales si vix pedales.

RAMI tantum ad apicem, breves, patuli, caulibus conformes.

Frondescentia.

FOLIA alterna, superne ubi planta inflorescere cœpit bina, petiolata, subacuminata, cordata, integra, subundulata, nervosa, rugosa: nervis subtus prominentibus, supra prominulis; costâ ad paginam pronam vix purpurascente; villosa, patentia, 3 poll. long. 2 poll. lat.

PETIOLI subtus teretes, supra plani uninerves, villosi, obscure purpurei, folio sexies breviores.

Inflorescentia.

FLORES axillares, confertissimi, cernui, lutei, 6 lin. lat.

PEDUNCULI reflexi, apice incrassati, quasi clavati, petiolis longiores.

EXPLICATIO TABULÆ.

PLANTA proportione naturali.

1. *Flos* antice,
2. —— postice,
3. *Corolla* postice,
4. ——— secta ostendens *Stamina* et *Nectarium*, } pr. nat.

5. *Stamen*,
6. *Pistillum*, } prop. nat.

Fructificatio.

CALYX. *Perianthium* inferum, monophyllum, obsolete modiceque quadridentatum, brevissimum, nudiusculum, persistens.

COROLLA monopetala, subcampanulata, quadripartita, receptaculo inserta, calyce longe major. *Tubus* brevis, subrotundus, vix tetragonus. *Laciniæ* lanceolatæ, acutæ, patentes, subrevolutæ.

NECTARIUM constans 1°. *Operculo* brevissimo subvilloso corollam infra divisuras cingente. 2°. *Appendiculâ* parvulâ subrotundâ corollæ adnatâ utrinque ad basin singuli filamenti. 3°. *Foveolis* 4, extrorsum vix manifestis, magnâ copiâ mellis impletis, quarum limites sunt, superne operculum corollæ, inferne appendix filamentorum, lateraliter ipsa filamenta.

STAMINA. *Filamenta* 4, erecta, teretiuscula, clavata, villosa, brevia, dimidiæ corollæ adnata. *Antheræ* ovatæ, biloculares, vix peltatæ, lateribus dehiscentes, luteolæ, conniventes.

PISTILLUM. *Germen* superum, ovatum. *Stylus* filiformis, staminibus vix longior. *Stigma* capitatum, viride.

PERICARPIUM (quale deprehenditur ex floribus). *Bacca* bilocularis? intra quam *Receptaculum* ejusdem formæ, bipartitum.

SEMINA numerosa, receptaculo inserta.

Patria assignatur America meridionalis. Primum floruit apud *Rob. Jac.* PETRE, *Parem Anglum.* Hodie viget in Horto Kewensi. Quotannis floret æstate, sed nondum fructus tulit. Hucusque avulsis a matre viviradicibus propagari videtur.. In tepidario excolitur.

DIAGNOSTICON.

WITHERINGIA differt a *Solano* partium numero, antheris imperforatis, nectario: ab *Atropâ* numero quaternario, nectario: ab *Aquartiâ* calyce æquali nec laciniis alternis duplo vel triplo majoribus, limbo corollæ lanceolato nec lineari longissimo, antheris latere dehiscentibus nec apice perforatis, denique nectario.



P. J. Redouté del. Maleuvre sculp.

CHLORANTHUS inconſpicuus.

CHLORANTHUS.

NIGRINA. *Thunb. gen.*

(TETRANDRIA monogynia.)

CARACTER ESSENTIALIS.

PERIANTHIUM duplex. *Exterius* bracteæforme s. mera Bractea. *Proprium*: Squamula semisupera, lateri germinis exteriori adnata. *Petalum* semisuperum, dimidiatum, trifidum, lateri germinis insidens, perianthii proprii axillare, antheriferum. *Antheræ* petalo adnatæ. *Germen* semiinferum, petaligerum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum. *Bacca* monosperma

vocibus græcis ΧΛΩΡΟΣ viridis, *et* ΑΝΘΟΣ flos, *dixit Olaus SWARTZ, quia flores gaudent colore herbaceo.*

CHLORANTHUS inconspicuus.

C. inconspicuus. *Swartz. act. lond.* 1787. *p.* 359. *t.* 14.
Nigrina spicata. *Thunb. gen.* 3. 59. *jap.* 65.
Tchin-Tchu-lan-hoa s. Tchu-lan *Sinensibus vulgo.*

HABITAT in Chinâ. ♄

SUFFRUTEX perennans, glaber, stolonifer, habitu *Theæ.*

Descensus.

RADIX *Rusci*, ramosa, alba, stolonifera.

Ascensus.

CAULES e radice plurimi, basi procumbentes, dein suberecti, parce ramosi, teretes, nodosi, grisei. *Nodi* prope terram radicantes: alterni et intermedii nonnunquam aphylli, sed stipulis annulati ut cæteri.

RAMI oppositi, patuli, teretes, virides, nodosi, subarticulati: geniculis annulatis.

Frondescentia.

FOLIA opposita, oblongo-ovata, acuta, crenato-serrata: serraturis apice morbificatis; margine revoluta, subrugosa: venis distantibus subtus tantum prominentibus; viridia,

---

EXPLICATIO TABULÆ.

PLANTA proportione naturali.

1. Sectio *Spicæ*, alterâ icone auctâ.
2. *Flos* introrsum, } aucta.
3. ——— extrorsum, } aucta.
4. *Petalum* introrsum, } aucta.
5. ——— extrorsum, } aucta.
6. *Germen* antice, } auctum.
7. ——— lateraliter, } auctum.
8. *Bacca* lateraliter, prop. nat.
9. ——— antice aucta.
10. *Semen* prop. nat

concolora, glaberrima, patentia, plana, persistentia, 2-3 poll. long. 18-20 lin. lat.

PETIOLI folio quater breviores, teretes, supra unisulci, basi desinentes in annulum amplexicaulem, adnectentem

STIPULAS utrinque duas, subulatas, erectas, persistentes.

Inflorescentia.

PANICULÆ terminales, erectæ, laxæ, bracteatæ, compositæ *Spicis* decussatis patulis, 1 ½ poll. long.

FLORES sessiles, oppositi, decussati, herbacei s. luteoli, 1 lin. long.

BRACTEÆ sessiles, lanceolatæ, acutæ, concavæ, adpressæ, persistentes, sub spicis.

Fructificatio.

CALYX. *Perianthium* duplex, persistens.

IMPROPRIUM (*quod melius Bracteam dicas*) *inferius* monophyllum, squamiforme, lanceolatum, acutum, patulum, bracteis cæteris conforme, breve, ½ lin. long.

PROPRIUM* *superius*. *Squamula* semisupera, lateri germinis exteriori adnata, acuta, subovata, concava, brevissima.

COROLLA. *Petalum* semisuperum, laterale, perianthii proprii axillare, clivo germinis exteriori, instar receptaculi germini adnati, inter germen et perianthium proprium medii, impositum, subrotundum, dimidiatum, trifidum, trigonum, incurvum, concavum, extus convexum, crassum, concamerationis instar genitalia abscondens, antheriferum, deciduum: *laciniis* acutis, incurvis; intermediâ duplò productiore.

STAMINA. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 4, oblongiusculæ, bivalves, lateri exteriori singulæ laciniæ corollinæ introrsum adnatæ, herbaceæ

PISTILLUM. *Germen* respectu perianthii proprii et corollæ superum simul et inferum, obsolete ovatum. *Stylus* nullus, seu vix ullus. *Stigma* capitatum, subbivalve, nonnunquam bilobum.

PERICARPIUM. *Bacca* ovalis, stylo acuminata, nunc ad apicem nec ad latus ut in germine notata cicatrice receptaculi et petali, basi pellucida, unilocularis.

* *Perianthium* proprium cicatrixque petali lapsi accrescente fructu sensim elevantur, donec apici baccæ insideant; unde colligendum Germen revera inferum esse, etsi potius superum appareat.

SEMEN unicum, subrotundum.


Viva allata fuit e Chinâ in Angliam a *Jac.* LIND, *D. M.* anno 1781. Floruit dum navis ATLAS adveheret. Florentem delineandam curavi in Horto *Jac.* LEE, moxque fructiferam in Horto regio Kewensi observavi. Sæpissime eodem anno floret, fructusque nonnullos perficit. Excolitur in caldario, surculisque et stolonibus regeneratur.

Sinensibus misceri foliis *Theæ*, *Theam*que suavius olere *Doctor Lind* narrabat, sed *Chloranthus* omnino inodorus est. In quem usum excolatur a Sinensibus planta minime speciosa quam in pluribus plantarum hortensium in Chinâ depictarum collectaneis vidi, adhuc latet.



Jac. Sowerby del. Juillet sculp.

CAMPANULA Priſmatocarpus.



LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF THE ROYAL ASIATIC SOCIETY


Jac. Sowerby del. Juillet sculp.

LIGHTFOOTIA oxycoccoides.



Jac. Sowerby del. Malœuvre sculp.

LIGHTFOOTIA subulata.



Jas. Sowerby del. *Juillet sculp.*

Roëlla decurrens.



Jac. Sowerby del. Juillet sculp.

HAMELIA grandiflora.



P. J. Redouté del. Fr. Hubert sculp.

RHAMNUS latifolius.



Jac. Sowerby del.

Juillet sculp.


RHAMNUS prinoides.




P. J. Redouté del. Fr. Hubert sculp.

CELASTRUS caſsinoides.

II.



P I T C A I R N I A bromeliæfolia.




TRADESCANTIA diſcolor.



J. G. Bruguiere del. Maloeuvre sculp.


AMARYLLIS ſpiralis.



AMARYLLIS reticulata.




AMARYLLIS vittata.



AMARYLLIS aurea.




AMARYLLIS Umbella.



J. G. Bruguiere del. *Malœuvre sculp.*

AMARYLLIS cinnamomea.



EUCOMIS punctata.



KOËLREUTERIA paniculata.



L. J. Redouté del. Fr. Hubert sculp.

EUCALYPTUS obliqua.



P. J. Redouté del.

Fr. Hubert sculp.

LAVANDULA viridis.



Jac. Zenorky del. Juillet sculp.

BYSTROPOGON plumoſum.



P. J. Redouté del. Fr. Hubert sculp.

BYSTROPOGON punctatum.



P. J. Redouté del. Milsan sculp.

DIGITALIS Sceptrum. *L.*



P. J. Redouté del. Maléuvre sculp.

CAPRARIA undulata.



Jac. Sowerby pinx. Milton sculp.

ASPALATHUS pedunculata.



P. J. Redouté del. Maleuvre sculp.

TANACETUM flabelliforme.



P. J. Redouté del.

J. B. Guyard sculp.

ARTEMISIA argentea.




RELHANIA squarroſa.



P. J. Redouté del.

J. B. Guyard sculp.

CINERARIA lanata.



P. J. Redouté del.

Fr. Hubert sculp.

CINERARIA aurita.



P. J. Redouté del. Fr. Hubert sculp.

CINERARIA malvæfolia.



P. J. Redouté del. Maleuvre sculp.

CINERARIA cruenta.



P. J. Redouté del. Pr. Robert sculp.

CINERARIA lobata.

00055139

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019